

berti, chartaceus, saeculo XV. adscriptus in Catal. t. II. p. 553. Continet Prometheum, Septem, Persas, quas fabulas contulit Vauvillersius (*Notices et extraits des mss. de la bibl. du roi*, t. I. p. 281 seqq.) Eodem vel simili codice Turnebus usus est.

*Par. D.* Codex Parisinus 2790. olim Colbertinus, chartaceus, in Catal. t. II. p. 553. saeculo XV. tributus. Continet Aeschyli Prometheum, Aiacem Sophoclis et alia nonnulla. Prometheus collatus a Vauvillersio t. I. p. 300. seqq.

*Par. E.* Codex Parisinus 2782. A. chartaceus, ineunte saeculo XVI. scriptus, anno MDCCXL. Constantinopoli advectus, memoratus in Catal. t. II. p. 624. Insunt praeter alia multa Prometheus et Septem. Collatus est a Vauvillersio t. I. p. 307. seqq. et in Prometheo a Faehsio p. 78. seqq. Omnium Aeschyleorum codicum esse videtur vitiosissimus.

*Par. F.* Codex Parisinus 2788. chartaceus, qui in Catal. t. II. p. 553. sub finem saeculi XV. scriptus videri dicitur. Continet Prometheum, Septem, Persas. Collatus est a Vauvillersio t. I. p. 318. seqq. ubi per errorum saeculo XVII. adscribi videtur. Nonnulla Bekkerus exscripsit. Hunc et *Par. K.* sive *Ask. C.* eundem esse vix dubitari potest.

Quem Blomfieldius et Wellauerus *Regium G.* dixerunt, *Ask. A.* est, idem, ut videtur, qui *Par. B.*

*Par. H.* idem qui *Ask. B.*

*Par. I.* Codex Parisinus 2786. olim Tellerianus, partim chartaceus, partim bombycinus, memoratus in Catal. t. II. p. 552. Continet praeter alia Prometheum, Septem, Persas. Nonnulla exscripsit Bekkerus.

*Par. K.* vel *Ask. C.* idem, ut videtur, qui *Par. F.*

De *Par. L.* sive *Ask. D.* qui non pertinet ad hoc codicum genus, dictum est supra p. VII.

*Par. N.* Codex Parisinus 2785. olim Colbertinus, bombycinus, qui saeculi XIII. esse videri in Catal. t. II. p. 352. dicitur, Prometheum, Septem, Persas continens. Collatus est a Vauvillersio t. IV. p. 89. seqq. qui saeculo XV. scriptum dicit atque, in quo falli videtur, in membranis. Eundem videri *Colb. 1.* supra p. XII. indicatum est.

*Seldenianus* idem qui *Arundelianus.*